UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

15. Simonia in Ordine, vel Beneficio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Visual Library

niſi per ſententiam iudicis innoteſcat illum in peccato mortali deceſsiſſe, & ante mortem demandáſſe translationem (ſcienter) corporis, iure prohibitam.

Quod ſi exenteratio fieret honoris ergò, v g in corpore Regis, Principis, Comitis, nè fœteat aut propter Ænatomiam, quin etiam propter Superſtitionem, indignationem, odium non incurreretur Canonis cenſura, qui ſolùm exenterationem prohibet, nè aliò transferatur, ſub ſpecie ſepulturæ conſequendæ.

XV. Simoniaci omnes quacunque dignitate præditi quâ Eccleſiaſticâ, quâ policiticâ: qui quomodolibet dando, vel recipiendo ſimoniam [A] committunt, aut ſunt mediatores, vt ipſa fiat in Ordine, vel beneficio. Et à ſolo Papa poſſunt abſolui Præterea per Simoniam ad Ordines promoti, ab

eorum vſu ſuſpenduntur, dein E-
lectiones [B] labe ſimoniacâ in-
fectæ declarantur irritæ, & nul-
lum fructuum perceptorum ius
acquiritur.

*Extrauag. Com. Pauli. 2. Cum dete-
ſtabile de Simonia lib 5 tit. 1.*

[A] *Simonia (à Simone Mago dona
Spiritus S. faciente venalia, deno-
minata) eſt ſtudioſa voluntas, e-
mendi vel vendendi, precio tempo-
rali aliquid ſpirituale, vel adnexũ
ſpirituali. Sic Epiſcopus Simoniã
committit, cum pecuniam aut ali-
ud pretio æſtimabile pro Ordinum
collatione, templi cõſecratione ex-
igit. Præterea examinatores, ſi ex
intuitu pretii temporalis aliquem
adprobant. Notarius Ordinando-
rũ, quando habet à publico iuſtum
ſalarium. Enimuerò poteſt (ſicuti
cæteri pro expenſis in itinere fa-
ctis.) pro charta, aliisq; adſcriptio-
nẽ, ſigillationẽ neceſſariis modera-
tum*

tum pretiũ poſtulare, quod nemo de ſuo cogatur inuitus beneficiũ facere. Vide Petr. Binsfeld de Simonia. fol. 89 Fill. tr. 45. de vitio Simoniæ. c. 3. & 4. [B] *Intellige electiones, poſtulationes, confirmationes, & quaſuis Eccleſiarũ prouiſiones, Monaſteriorũ, dignitatũ, perſonatuum & officiorũ, Officia Abbatis, Decãi, Prioris, Subprioris, Guardiani, & alia huiuſmodi regularia, paſtoralia officia ſeu prælationes in quibus, tàm dãtes, quã recipientes mediatores excõmunicantur. Et deniq; oportet Simoniã eſſe realẽ, quæ ipſa rei traditione perficitur, & conſũmatur, vt non ſufficiat mentalis aut cõuentialis, de quib. Laym. l. 4. tr. 10. c. 8. § 6 n 67. Similẽ excõmunicationẽ Pius V. in Bulla. Intollerabilis. Contra reos de crimine Simoniæ cõfidentialis in beneficiis promulgauit, v. g. ſi beneficiũ ab aliquo, ideò mihi reſignetur, aut cõ-*

feratur, vt poſtea reſignantis affini reſtituam, aut penſionem aliquam , vel ex fructibus partem dem. Vide cit. §. 8. & Nau. c. 23. n. 109.

XVI. Tradentes ſepulturæ Eccleſiaſticæ corpora hæreticorũ, credentium, receptatorum, defenſorum vel eorum fautorum, nec abſolui debent, niſi propriis manibus extumulent ſepultos.

l. 5. Decret. in 6. tit. 2. de Hæreticis. Cap. Quicunque Hæreticos.

Violatur enim locus Sacer ſi quis excommunicatus in Eccleſia vel Cœmeterio ſcienter ſepeliatur.

Ex Cap. Conſuluiſti. de Conſecratione Eccleſiæ lib. 3. decret. tit. 40.

Quod tamen poſt Concil. Conſtantienſis indulgentiam, ſolùm intelligitur de nominatim excõmunicatis, aut notoriis